



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

XXXV. S. Marcus. Anno Christi 336. Constantini Imperatoris 31.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65446](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65446)

Barcinonensis Cubicularius Alexandri VI. in libello, quem vocant Præcticam Cancellariæ Apostolicæ, ut est apud Gratium in Fasciculo Rerum expetendarum tom. 1. pag. 159. Hujus edicti creduntur primi meminisse Ado Viennensis in Chronico Ætate 6. & Hincmarus Remensis epist. 14. cap. 13. *Omissis fabulis*, ut scribit Papebrochius in Conatu apud Bolland. tom. 3. Maji pag. 80. *dici posse videtur, quod constitutâ per Constantinum Ecclesiasticâ pace, Silvester vel propriâ electione, vel ipsius mandato Pileum sumpserit, Romano more Symbolum libertatis; cùmque aureo phrygio, seu diademate ornatum infernè, quâ caput tangit, ad significandum Regale Sacerdotium Sacerdotum omnium Principi collatum à Christo: cui Bonifacius VIII. alteram coronam imposuit, exprimi eo volens utriusque Regni corporalis ac spiritualis prærogativam Pontifici competentem. Triplicis denique coronamenti Tiaram assumfisse legitur Urbanus V. numeri mystici forsitan causâ.* Vide Joan. Albertum Fabricium Bibliothecæ Græcæ vol. 5. pag. 4. & annotat. nostram 3. ad Urbanum V.

XXXV.

S. MARCUS.

ANNO CHRISTI 336.

CONSTANTINI IMPERATORIS 31.

Sandini Vitæ Pontif. I Mar-

Mar-

Bar. ad
an. 336.
§. 1. 62.
65.
Pag. §. 2.
12.

MARCUS Prisci filius Romanus
anno 336. XV. Kal. Februar.
Pontifex creatus, post *menses octo, dies*
decem & octo Nonis Octobr. decessit.
Theodoretus lib. 2. Hist. Eccl. cap.
12. Eum omittit. Memoriâne fuge-
rit in Pontificibus recensendis, an con-
sultò id fecerit, divinare non licet.
Illud est certum, ab Optato lib. 2. §.
3. August no epist. 53. Hieronymo
in Chronico, Rufino lib. 10. cap.
22. & Sozomeno lib. 2. cap. 20 Mar-
cum Silvestro subrogari. Abeo in-
stitutum, *ut Episcopus Ostiensis, qui con-*
secrat Episcopum Urbis, pallio uteretur,
tradit Liber Pontificalis. (1) Quare
ante Marcum Pontificem Pallii men-
tionem fieri negant aliqui; sed alios
ejus institutionem Lino tribuisse, ac-
cipio: & apud quosdam invenio,
Pallii honorem Silvestro à Constan-
tino Magno concessum, postea etiam
Patriarchis & Archiepiscopis imper-
titum. Prima igitur Pallii institutio,
auctores quoniam non omnes con-
sentiant, mihi quoque in incerto re-
licta sit.

ANNOTATIONES.

(1) Aliqui putant, Romanorum Episco-
pum

pum consecratum fuisse ab solo Episcopo Ostiensi usque ad Leonem II. & hunc omnium primum ordinatum à tribus Episcopis Ostiensi, Portuensi, & Veliternensi. At Romanos Pontifices semper à tribus Episcopis fuisse consecratos, probabilius videtur: idque noto ad vitam nominati Leonis II. Certè D. Augustinus in Brevic. diei 3. cap. 6. differens contra Donatistas, meminit hujus ritus tanquam vetustissimi. Ejus verba sunt: *Romanus Pontifex solet ordinari à tribus Episcopis, quorum primus est Ostiensis.*

Baronius ad an. 336. §. 63. *Primo hic mentio in rebus gestis Romanorum Pontificum habetur de Pallio, summi honoris & potestatis plenitudinis indice.*

XXXVI.

S. JULIUS I.

ANNO CHRISTI 336.

CONSTANTINI IMPERATORIS 31.

JULIUS Rustici filius Romanus Pontificatum adeptus est anno 336. ante diem septimum Kal. Novembr. Huic tantum fuit constantiæ ad defendendam Nicænam Fidem, quantum pertinaciæ Arianis ad oppugnandam. Catholicos Orientis

Bar. ad

an. 336.

§. 65.

Pag. 9.

12.

12

Epi-